Quelle:
Copyright:

Cod. XXIV. deest

membran. 4. colum. Sec. 14.

1. 2. 77.

Threni cum glossa Gislelberti Autisiodorensis.

Eleganter scriptus est, et imaginibus ornatus. Continentur in eo Threni seu lamentationes et oratio Jeremiae Proph. cum triplici glossa sive commentario historico, morali et allegorico, quem Gislebertus Autisiodorensis diaconus collegit ex scriptis ss. Patrum, maxime Paschasii Radberti, Gregorii M. et Origenis. Evincitur id ex subscripto, quod legitur circa finem commentarii, nempe: "Sufficiant hec ad "expositionem lamentationum iheremie, que de patrum "fontibus hausi ego Gislebertus autisiodorensis ecclie "diaconus." Textus S. Scripturae omnino vulgata edit. convenit. Ceterequin hic Codex adeo rarus non est, ut quibusdam videatur; in multis enim extat Bibliothecis, uti videre est apud Oudin. T. 2. p. 1013. Bibl. Mss. Taurinens. Tom. 2. Cod. 715. p. 227. Le long. Biblioth. Sacra, part. 2. pag. 744.

Gislebertus, Gistlebertus, Gilbertus, alius etiam Gillebertus, ob scientiam Universalis dictus, ex Autisiodorensi diacono Episcopus Londinensis, obiit trans Alpes versus Romam profectus, ut scribit Wharton. ad 1194. die 10 Aug. Scripsit praeter alia commentarios in totum V. et N. Test. Plura de eo si cupis, consule supra citat. Oudin. Le long. in super Hent. Wharton de episcopis Londinens. p. 61. item ejusdem eccles. Anglic. T. II. p. 698. et Cave script. eccles. Hist. Litt. ad an. 1178 p. 576.

Manus videtur esse Sec. 14.

Die Handschrift befindet sich jetzt (1991) in Baltimore/Maryland, The Walters Art Gallery, nr. 388 (laut Exkursion des Institutes für Deutsche Philologie des Mittelalters in Marburg, Programm S. 27), 1928 vom Antiquariat J. Rosenthal gekauft.